

F R A N C I S C I

B A L D V I N I I V R I S .

C O N S U L T I B R E V E S

C O M M E N T A -

Pedro de Ledesma

R I I

*

*In præcipuas Iustiniani Imp. Nouellas,
sive Authenticas constitutiones.*

I D E M

Ad Aedilitium Edictum.

V I R T U T E D V C E ,



C O M I T E F O R T V N A .

L V G D V N I A P V D S E B .

G R Y P H I V M ,

M . D . X L V I I I .

BIBLIOTHECA

THEATRUM

BIBLIOTHECA DE SALAMANCA



DE NOVELLIS IV.

CONSTANTINI STINIANI IMP.

CONSTITUTIO-

N I B V S,

Quas Græci NEAPAS vocant.



V S T I N I A N V S imperij sui anno tertio, qui fuit à C H R I S T O nato quingentesimus trigesimus se- cundus, Codicem Constitutionum siue Rescriptorū edidit. Deinde in tra quadriennium congestos Pandectarum siue Di- gestorum libros emisit; ac mox suas Institutiones. Tūm uero iussit priorem illum suum Codicem re- cudi, & ea cura iudicioq; cōponi, ut summotis inutis libis complecteretur omnes dignas luce & memo- ria Constitutiones Cæsarum ab Adriano usque ad sua tempora, annorū ferè quadringentorum: simul autem uoluit suo loco inseri, nouas illas suas (ut uocat) Decisiones Latinas, quas interea condiderat. Atque hunc quidem suum Codicem nouum, uim & autoritatem habere iussit ex die quarto Calend. Ianuar. ipso 1111. Cons. cum Theodoro Paulino: qui fuit annus eius imperij nonus. Postea autē cūm & aliæ nouæ de Jure controuersiæ, multæq; quæ- stiones uel in foro uel inscholis agitarentur: & ille toto suo imperio, quod annis ferè quadraginta ges- sit, assiduam operam daret rebus politicis: edidit complures Nouellas Constitutiones siue NEAPAS: quibus

FRANCISCI

BALDVINI IURIS-

CONSULTI BRE-

VES COMMEN-

TARII

IN

NOVELLAM CONSTI-

TUTIONEM PRI-

MAM

De Hæredibus, & Lege

Falcidia.



ETERI Lege duodecim Tabularū cantum erat^a. Vt legassit quisque rei suæ, ita ius esto. Et Papinianus^b respōdit, Non principali modo, sed & Pontificali autoritate cōpellēdos esse hæredes ad obsequiū supremæ uoluntatis. Nempe etiā Reipu. interest uoluntates defunctorū exitū habere^c. Itaq; & Iustinianus antea nō modò permisit coērcendi hæredis uel legatarii cau-

a 1.3. ad leg. fall. l.
verbis legis de
verb. signif.

b 1. hæreditas etiā.
de petit. hæred.

c 1. uel negare. quē
admo. test. aper.

d 1. una. C. de his
q̄ pœnæ nom. s.
ult. Instit. de le-
ga.

e 1. ult. C. de fidei-
com.

sa, quo magis aliquid faciat, poenam ascribere^d: sed & iam professus erat^e, legibus omnino cōpelli hæredes, ut iustis testamentorū dispositionibus obedient: statueratq; etiā eos, qui testatoribus non parerent, lucrū hæreditatis amittere. Sed nihili erāt omnes hæ Leges, nisi no-
ua hac sua Cōstitutione collapsam earum autoritatē & obsolescentē usum erexisset, remq; totā paulo clarior definiisset. Primū itaq; admonet ea, quæ alioqui omnino debētur hæredibus nō auferri, si quid, quod testator mādarit, non faciant: sed ea tantū, quæ ex spontanea eius liberalitate cōsequerentur. Legitimam ergo illā portionē, quę iure naturæ debetur filiis aut parentibus, liberā semper esse, & omni-

a nexu

FRANCISCVS
BALDVINVS IV.
RISCONSVL.
T V S

Ad Aedilitium Edictum.

